se cum Successoribus ac bonis suis generalibus totaliter et plenarie incor
porando atque subijciendo palam, libere, publice ac perexpressum
recognouit, Quia ipsa Magnificos Carolum Capitaneum Zarczouiensem
et Vladislaum Danitowiczowie fratres inter se germanos, olim Ma
gnifici Petri de Zurow Danilowicz Capitanei Czerwonogrodiensis filios
et successores legitimos, eorumque posteros de summa Octo Millium flo
renorum polonicalium per praefatum olim Magnificum Petrum Danilowicz
Generoso Alexandro in Bialoboki Korniakt sui Recognoscentis Parenti
modo simplicis Debiti Coram Actis Terrestribus Premisliensibus
ad soluendum inscriptis, tum de eadem Inscriptione Terrestri Premisliensi
Debitorea in se desumptis latiore Quietat, emittit, liberosque et ab-
solutos perpetuo pronuntiat, Inscriptionem praefatam Debitoream Terrestrem
Premisliensem cum omnibus illius punctis, conditionibus, clausulis
vadio ac ligamentis in toto et totam cassat, mortificat et
annihilat, sibi suisque posteris Successorum ratione perpetuum
imponendo silentium.

Eadem Generosa Korniakt Donat.

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosa Helisabeth de Bialoboki Korniakowna Generosi
Martini Constantini Comitis in Krasiczyn Krasicki Dapiferi
Terrae Premisliensis Consors legitima cum eiusdem Mariti sui Viri Tutoris
Coniugalis atque Illustris et Magnifici Alexandri Pratus Comitis
in Tarnow Tarnowski Castellani Kiiouiensis Capitanei Zarnouiensis
atque Perillustris ac Admodum Reverendi Joannis de Irzydbie Swa-
topelk Bolestraszycki Canonici Luceoriensis Amicorum suorum
de linea Paterna proximiorum assistentia, authoritate, ac Utroneo
ad infrarecognoscenda Consensu, Sana mente et Corpore existens
a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis
proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali
Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Succes-
soribus, bonisque suis generalibus totaliter et plenarie incorporans

Pro Praeposito Krasiczynensi

atq subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit Quia
ipsa reassumendo Inscriptionem suam praetentam, et reiterando ac Me
liorando infrascriptorum donationem infranominato Donatario suo Coram Actis
praesentibus paulo superioribus facta et recognita, omnesq illius sup=
plendo defectus, nunc denuo Bona sua propria et haereditaria infra
scripta, Videlicet Domum Lapideam dictam Zielinska hic in Cir 26.
culo Fori Civitatis Premisliensis sitam penes Lapideam desertam 27
antiquitus dictam Kalina aciabiter constitutam in se Recog=
noscentem Iure Divino et naturali successione post mortem eodem hac
luce decessum olim Generosi Alexandri in Sosnica Korniakt, et
Generosae Dorotheae à Zawiłow Consortis Parentum suorum in se
Recognoscentem devolutam: Cum omni eorundem bonorum et Lapideae Iure
dominio et proprietate tituloq haereditario, Cumq omnibus et singulis
eorundem bonorum et lapideae Utilitatibus, fructibus, proventibus
reditibus, Commodis, emolumentis, obventionibus attinentiis et pertinentiis
generaliter Universis, nihil ex praemissis Iuris, dominij, proprietatis
ac cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente, suisq Successoribus
aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Verum prout bona praefata
Lapideamq supradictam ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat,
ipsisq concernebant, ac eidem serviebant: Iam ex nunc et de facto
Generoso Carolo Francisco in Białoboki Korniakt eiusq posteris
dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout dat, donat, ac titulo
purae, merae, et irrevocabilis donationis inscribit et resignat prae-
sentibus. In quae quidem bona Lapideamq supradictam praesentibus donatam
iam ex nunc et de facto eadem Recognoscens Generosa Krasicka su-
prascripto Generoso Korniakt Donatario suo, eiusq posteris Coram
officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem paci-
ficamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles
duos die quacunq Voluerit officiose accipiendam: Per ipsum
Donatarium suum eiusq posteros, bona praefata lapideamq praesentibus
donata cum omnibus eorundem Utilitatibus et Usufructibus tenendi
habendi et possidendi, illisq quiete ac pacifice Utifruendi ac

Usus suos, suorumque Successorum quosuis beneplacitos libere et effe
ctualiter conuertendi perpetuis et diuturnis temporibus. Debetque
et tenebitur memoratus Recognoscens, tam se, ac suos successores in et super
bonis suis gentilitiis omnibus, summisque quibusuis pecuniarum habitis et
habendis praefato Donatario suo inscribit et obligat praesentem ipsum

27 28 et eius successores in dictis bonis Lapideamque praesentem resignatis, et donatis
eorundem ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque
personarum, cuiuscunque conditionis, statusque et sexus existentium exo
riunda per omnes proscriptiones Terres, quas ad quamlibet per=
sonam Terris spectat et pertinet praescripto in omni Judiciis, et
officiis Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere,
euincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere,
nec non bona praefata Lapideamque praesentem donatis ab omnibus in genere
Juribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona
Lapideamque modo quouis cuiusuis personarum factis et faciendis tum etiam
a quibusuis Inscriptionibus super eadem Lapideamque praesentem resignatis im=
portatis et impositis, lucris denique et periculis quibuscunque Juris qui
busuis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et in quouis
Judiciis et officiis Regni obtentis et obtinendis, ac super praefatis bonis per
ductis et producendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper
facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam
in fundo bonorum praefatorum praesentem donatorum dum per Ministerialem comparentem
et Nobiles duos officioso requiretur non denegare, imo debebit et
tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et ad=
missa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium et singu
lorum modo quouis tam per se, quam per suas quasuis submissas
et subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumque Dona
tarium suum, et eius posteros in praemissis omnibus nullo modo
iniuriari, Ut eadem bona Lapideamque praesentem donatis idem Donatariusque
suis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donatariusque
Vigore tenere, habere, et possidere queat et possit perpetuis et in aeuum
irreuocabiliterque

wrencq ... itaq sub Damnis Terminis simpliciter absq juro vali Juramento taxandis et edicens per eandem Recognitem Gnosam Krasicka aut eius Successores praefato Donatario vel sive ipsius posteris ob non completionem promissorum omnium et singulorum tamen toto quod in quavis minima pro toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo quibus quidem Damnis Terminis simpliciter taxandis, ac re a liqua principali ex promissis non completa complendo praevaricans 29
memorata Recognitrix Gnosa Helisabeth Krasicka aut ipsius Successores ad instantiam Gnosi Caroli Francisci Korniakt Donatarij sui, suive ipsius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu supposito quo ad rendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, damna praestita Terrestria luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat, illum primum Terminum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Successorum Legatione intra Vel extra Regnum, servitio ... ad Munimenta ad Quietorem, Vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad questionem etiam Vlora ... officij praefati Castrensis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, ac causae prosequutiones faciendo, ac promissa omnia poenis simplicibus, Vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, Fatalijs Iuris, praescriptione Terrae, bello, Conventioneq vel alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis evadendo praesenti praestita Recognitione ad promissa omnia mediante.

Ziebrowicz Korniakt omnie Cedit.

alias Krasickiey

Comparens personaliter Coram Officio, Actisq praesentibus Cast...